

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestanae iezehum M. Teti a fena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensem.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravintonis et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Ξρασμασιων.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vbici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistrum autum pronuntiata.
- XXIII. Ξρασμασιων Cerevisiae Servestanae Danielis Burchardi.
- XXIV. Dehortatio a Calumnijis
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Praetore.
- XXVI. Votum Scholae Veraliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



Altissimô Pronubô

IOACHIMI FLE-
MINGI,

Nec non

DOROTHEAE AL-
BRECHTEN,
Paris lectissimi.

F O E D U S
N U P T I A L E,

Sacrô legitimôq;
ritu

DESSAE ANHALDINORUM XXX
Junl, Annô 1723 XXIII, honoratâ
spectabiliq; pompâ publicè ictum

ET

A CLARISSIMIS VIRIS DOCTIS-
simisq; & optimis Amicis testifica-
tum & votivè adclamatum.

SERVESTÆ

EXSCRIPTUM à DORFFERO.

Medicamen

ILLICITI AMORIS

Ex 1. ad Cor. 7.

HOC USUS LEGI NYMFAM

Αναγκαμμαλιζόμεν

JOACHIMUS FLEMINGUS.

Ad Sponsam



Oxia devites veritæ damnosa voluptæ

Cui viduo - casti dona negata tori;

Connubiô propriam stabili tibi junge maritam

Divinô plenus Numine Paulus ait.

Hoc igitur te LEGI Usus medicamine NYMFAM,

Non humanâ hominem me sine labe ratus.

Ergo age DOROTHEA è multis mihi lecta puellis,

Etgo age in amplexûs irrue fusa meos!



HEBEN' AH! LECTO TRADOR

Αναγκαμμαλιζόμεν

DOROTHEA ALBRÉCHTEN.

Ad Sponsum



Ubere quòd melius sit quàm cecâ urere flammâ,

E rostris doctam me memini esse sacris.

Jam neq; sum massâ saxi formata, nec antrô

Tigridis, humanô sed generata torô.

Humanum né quid ergo negem? non propria me fors

Mansit, at in venis quin modò vulnus alo.

Totus HEBEN' flammis ustus præcordia? vires

AH revoca! en LECTO TRADOR amica tuo.

Prælusit

J. F. SPONSUS.



I.

Dno. JOACHIMO FLEMINGIO,
Scholæ Dessanæ Rectori, Sponso.

Prov. 18. v. 22.

Uxorē accipiens pretiosum munus habebis,
Inq; tuo poteris gaudia ferre DEO.

Votum.

Quos Amor & Pietas & jungit prona voluntas,
Hos, DEUS, unitos in pietate finas.



Πιστὲ, Φάος μερόπων, τεῖν. (ἔκκλησία Νύμφη)

Ἐυχομαί, εὐμενέως νῦν κατάνευσσον ἔμοι.

Ἰλαος ἰδί τεοῖς δόλοισ, χαρίεσσαν ὀπαζών

Ἡσυχίην, πόλεμος τῆλ ἀπέλαλκε κλόνον

Ἰλαος ἰδί νέοις τε, καὶ ὄλβια πάντα συνεύνοις

Νῦν δίδοθ, ἐξ ὑδάτων ἀκρατον οἶνον ἔχειν.

Οἰκαδες εἰρήνην ζαθέην ὠδράπεμψον ἀνωθεν,

Ἔσ τε βαθύς ρωτον πέμψον ἔρωτα λέχθ,

Ἄμφοτέρων Φαῦλον κραδίαιν διπὸ ζῆλον ἔρυκε,

Ἄλλα σὺναπτε νόσος ἐν Φιλότητι μένειν.

Ουδεὶς ἀχθηδῶν, πόνος ἔδεις, ἥλιος ἔδεις

Τυρβάζοι θαλάμης ἀγνὸν ἔρωτα νέης.

Δεινὴ τῆλε γάμος ἔρις εἴη, ἔρωτος ἢ παρείη,

Συλλέγεσαι γὰρ ἔρωτος, ἀλλ' ἄρα σκίδνατ' ἔρις.

Αὐτὰς μακροβίους εἶναι, καὶ παῖδας ὀπεύειν

Τῶν παιδῶν μακρὰν, χρεῖστέ μέγιστε ποίει.

Ἡδὲ τέλος δε δίδε τῆς πίστεος ἔδὸν ἰκέαθ,

Ἴν τὸν ἐπ' ἔργον καὶ βίον αἰὲν ἔχειν.

A 2

Γαμο



Γαμβρὲ τὴν γαμετὴν, γαμετὴν προσπύσσει γαμβρὸν,
Ἐς θεὸν ἐλπίδο καὶ πίστιν ἔχοντες αἰεί.

Petrus Schumannus, Ecclesiae Dessanae
Pastor, & vicinarum inspector.



II.

JOACHIMO FLEMINGO
Sponso, Salutem.



*V*xorem duco, dicis: dic sidere fausto.
Servitium, dominam qui male ducit,
habet.

*D*uxi, propediem dices: dic fine beato.

*D*elicias, sociam qui bene duxit, habet.

*D*ulce piis Thalamus. Tu sis pius, atq; jugate

*C*ommodus: Illa tibi commoda semper eat.

*S*ic Rector, Sponsusq; cluebis: nomen utrumq;

*P*ulcrum: res pulcra est: officiumq; pium.

*N*am regeris ducendo, sed & regis ipse docendo,

*U*xorem, pueros. Finis uterq; bonus

*R*itè regas utinam, pulcro quoq; sine regaris!

*U*t Schola cum thalamo convenienter eat.

*P*enè quid exciderat: beneolentes arva colorant

*V*ere novo viola, & lilia mixta rosis.

Uttere



*Utere vere tuo, JOACHIM, quod amena puel-
la est:*

Hæc superat violas, lilia, flore, rosas.

Abrahamus Cremerus Senior, Ecclesiæ
Lindaviensis Pastor.



III.

VOTUM NUPTIALE.



*Uicquid, Sponse, cano, quicquid mea
Musa tenebit:*

*Causas Conjugii, & nil nisi vota canã.
Materies Sponsi. Sed Conjugii Deus Autor.*

*Forma Amor & Pietas. Finis erit Soboles.
Autorem veneror. Sponsis optata precabor.*

*Sit sine lite Torus! non sine Prole Domus!
Hæc mea vota sient: quicquid, mi Sponse, vo-
vebis,*

Idq; vovebo tibi. Sint rata vota! Vale.

*Sebastianus Reinhardus, Diaconus
Dessaviensis.*

A 3

IV. Plo-

IV.

Εὐχὴ γαμικὴ.



SMOdee, ecquisnam mendacia vana
moratur,
Quæ monachi circumrancida turba
ferunt?

Organa detestor satanæ monachosq; scelestos,
Quos mea caelestes lingua vocare negat.
Sordide Conjugii quare pia federarides
Spiritus? invito te manet ordo Dei.
Auctor Conjugii solus, rerumq; creator
Est Deus, à quo omnis fons & origo boni,
Spiritus est purus, puro vult corde vocari,
Mens impura Deum nulla videre potest.
Non sibi vivit homo, Verum qui sidera torquet,
Sincerâ solus vult pietate coli.
O hostis nequam, quo non crudelior ullus:
Quid quæris? lites, jurgia, bella, neces,
Te tua nequities fallit, nos protegit ille,
Qui genus hoc vitæ sanxit, amatq; fovet.
Hinc tibi fundo preces, rerum cui summa potestas
Adsit Conjugibus pax tua firma novis.

Vivite

*Vivite pacifici, tranquilli vivite, vobis
Religio cordi vera sit, una fides.
Quò pia sit vobis soboles, castiq; nepotes,
Qui casto celebrent ore fideq; Deum.
Nomen, honosq; Dei maneant, laudesq; perennes,
Donèc erunt Phœbus, sidera, luna, dies.*

Andreas Flemingus Senior,
Sponsi Parens.



V.

PLorandum erat nunc, non pede libero
Pulsanda tellus, in lacrymas erat
Fas ire, non de nuptiarum
Auspiciis modò cogitare.
Hoc luctus, in quo jam sumus, exigit,
Periculorum & plaustra tot obvia,
Non fabulosa hæc indicina:
Funera Christicolis parantur.
En congregato cum grege militum,
Cædes cruentas sæpe patrantium,
Hostis nefandam trux minatur,
Imperio atq; piis, ruinam.
Rebus secundis hætenus efferus,
Dulciq; fortuna, at minuet DEUS

Hæc

Hæc ausa tandem, & largietur,
 Christicolis aliquando pacem.
 His in periclis tu tamen induis,
 Flemingæ, mentem lætificam, graves
 Mittens querelas, & timores
 Atq; domi atq; fores frequentes.
 Voto es potitus; nactus es hanc tuam,
 Quam prædicasti sæpe, puellulam,
 Desideratam, & tot petitam
 Ominibus precibusq; sponsam.
 Et digna votis, & precibus fuit,
 Si labra Spectes, purpureas genas,
 Gressus decoros, atq; mentem,
 Dotibus eximiis politam.
 Et comparis, quî, dic, mage splendida
 Ambire posses connubium, procus,
 Quâ cum futuræ nutu Jovæ
 Tempora transigeres senectæ?
 Deliberato hoc consilio eloquor: (nit
 Par conjugum hoc, perquam bene conve-
 Est digna Sponso Sponsa, dignus
 Conjuge & hac cluet ipse Sponsus.

M. M. C.

Θαυμάζω θυμόν σου, ὃ πάναρχε βλέμνῳ
 ὅς τεύχεις ἤδη ἡμερῶντα γάμον.
 Ὀλίψις γὰρ ποίηθῆναι νῦν δακρυόεσσα,
 ὅτι ἐφ' ἡμετέρῃ ἔποτε ἔσκει γέη.

ΕΞ

Εξ ἧ τεύξε θεὸς γαῖάν τε καὶ ἔρρον ἐυελώ
Κνώδαλαθ' ὅσα χθών, ἠδὲ ὁ πόντος ἔχει.
Τίτη δ' ἔν, εἰπέ μοι εἰρηυρῶ, μίμνεις χρόνον ἄλλον,
Ὅφρ' αὖ τ' ἐλόμνον πέντος ἔλειπε γέαν.
Αὐτὰρ αἶαξ βήλη, τὰ ὑπέριστα δάματα ναίων,
Ευθύνει ἔτως σῖο θελήμα, Φίλε.
Ὅφρα γυναῖκα κόρην ἐρέεσαν νυνὶ γαμήσης,
Ἡθεσι καὶ μορφή δὴ περικαλλῆ ἄγαν.
Ὡς μάκαρ, εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος ἴσι, βλέμιγθε,
Βυλῆ ἀρχόμενος περὶ γαμα ποσ' ἔθε.
Ὡ αἶα χρεῖσέ τέλει μοι τούτην κείρον εὐχὴν,
Δὸς πρῶτον γαμικοῖς ἀρμυρα πάντα νέοις.
Κήδ' ἔπειτ' αὐτῶν πυνικῶς νύκτας τε καὶ ἡμαρ,
Δωρέετε τῶ θαλάμῃ καὶ κλῖμα τέκνα φέρε.
Συλλήβην φέρεει ἐρέεντα τὰ δάματα κείνων,
Ἴφι ἀπώσμενος πάντα κείνισα ὁμῶς.

Eodem autore.

V I.

Præstantiss. Doctiss. Humanissimo

VIRO

DN. JOACHIMO FLEMINGO,

Scholæ Dessanæ Rectori fidelissimo,

SPONSO.



Ic est: MAGISTRO Tu quidem atq;
RECTORI

SPONSO q; gratulatus es mihi, SPONSE:

B

Illic

Illic *Anagramma*; *impares* & hic quondam
Versus & isthic scripseras, *semel Græcos*:
Ter gratulatus es quidem mihi, S P O N S E :
At gratiæ trinæ Tibi rescriptæ sunt.
Sat non erat Tibi? Quod insuper scriptos
Iam nunc reposcis, Creditor velut, versus?
Severe, quid vexas Tuum reposcendo
Tentasq; versibusq; maximè Græcis?
Non literarum callidus sum Ego Inversor,
Certè nec argutus poeta sum græcus,
Ut somnias, opinione deceptus.
Sed rectè habet: tu jure, quod reposcis jam,
Reposcis; hac conscripseras enim lege
Olim tuos (scin'?) nuptijs meis versus,
Præstare idem brevi ut tuis recordarer.
En ergo! nolo offendere haud rependendis
His versibus Te; reddidisse quin malo
Quodcunq;, si quod debitum fuit fortè.


En nunc *Anagramma*, *imparesq;* compositos
Rudi Minervâ, sed semel tamen *Græcos*,
Versus rependo, jam domesticis curis
Licebit intricatus ipse permultis:
Unisq; nuptiis tuis & hoc ipsum

Sic;

Sic, SPONSE, debitum duplex lubens solvo
 Cum foenore; ultimo quidem reservato,
 Donec vocêre parvulo Parens nato.
 Nunc solvo tandem debitum Tibi & grator.

ΣΤΝΧΑΡΜΑ ΓΑΜΙΚΟΝ.

ΚΑΙ ΣΥ, Ἰωαχεῖμε, Φίλων πανάριστε Ἐταίρων,
 Νῦν πόκα εὐταροῦς ἠνδραγάθησας εἰών,
 Ἡδὲ τὸ ἐκ πολλῆς βελεύσας πρᾶτ' ἔν' ἀνδρῶς,
 Νῦν πόκα ἀνδραῖος ἤτορ ἔπραξας εἰών;
 Βελεύσας δὲ γυναῖκα λαβεῖν τεῖν, ἠδὲ γαμῆσαι
 Ἀλλὰ τέως ἄγνος μήτινα γήμας ὄμως.
 Νῦν πόκα θηλυτέτην ἐρέεσσαν γήμας, ὁποῖον
 Μνήσευσάσ' τε, Φίλοι ἐκγάμισάντε τοκέϊς.
 Τῷ το δὲ ποιήσας δαίνυς γάμον ἡμερῶντα,
 Τίμιον ἀνθρώποις ἀθανάτω τε θεῶ.
 Κάλιστον τόλμημα, δέοντε κυβερνήταιο,
 Μὴ δὴν οἰοβίς ἐς δέον ἐσομλῆς.
 Γενναῖον τ' ἔργον, καὶ ἀξίεπαινον ἀληθές.
 Ὅ, τ' ἀγαλαί πᾶς τις στίο, συνηδόμλμος!
 Ὅπωοῖν ἢ τέτην γήμας, ΦΛΕΜΜΙΓΓΕ, γυναῖκα;
 Γράψας κεριδίην. Εὔ καὶ ὄπισσα μλῶς.
 Οὐ μλ' ὄπιχθονίων βέλησις ἢ αὐτὴ ἀπάντων,
 Αἰέν δ' ἀνθρώπων ὦτινι καλὸν εἶν.
 Ἄλλος γδ' τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ὄπιτέρπελαι ἔργοις,
 Ὡς καὶ ὁ μλ' χήρη, τῇ ὀδὲ κεριδίη.
 Οὐπινα κεριδίην πολυόλβον ἔφης, σὲ γαμῆσαι,
 Τῆν πολυόλβον ἀδὴν ἡμεδαπῶν κορῶν.
 Βέλεο δ' εὐκῆλως κ' ὀλίγοις σὺν χρήμασιν οἰκεῖν,
 Ἡ πλυστῆν θολερῶς χρήματα πιασάμλρος.
 Τῆν πολυόλβον ἔφην, ὅτι κεριδίη περ ἔσσαι
 Τήν τε θροφροσύνην ἐν φρεσὶν ἔχει.



B 2

Εμ



Ἐν δὲ θεοφροσύνη συλλήβδην πᾶς ἀφενός τε,
Παρθενίη τε μία ὄλβη ἀμεινον ἔφυ.
Τὴν πολυόλβον ἔφην, ὅτι αἰδοίη τε καὶ ἀγνή
Ζάπλυστος λέγεται ἀμνός ἐξ αὐτῆς τρέψας.
Τὴν πολυόλβον ἔφην, ὅτι πολλῶν ἀρετῶν
Ἄλλων. Τῆς δὲ ἀρετῆς μήπω ἀρείον ἔφυ.
Τὴν πολυόλβον ἔφην, ὅτι ἐξ ἀγαθοῖσι καὶ ἐσθλῶ
Ἐκ θυμοῖο φίλοις τοῖς γονέεσσι καλῶ,
Ὅτι δ' ἐν ἀνθρώποισι πατρὸς καὶ μητρὸς ἀμεινον
Ἔωλετο, τοῖς ὅσῃ κῆρ μέμηλε δίκη.
Τὴν πολυόλβον ἔφην, ὅτι βελτίστη τὴν ὄψιν
Καὶ ἀπαλοῖο ἔχει ἀγλαὰ δῶρα χροός.
Τὴν ἀπαλὴν δειρήντε καὶ ὄμματι ἔξοχ' ἀρίστα,
Στήθεα καὶ μήλοις κάλλισμα γογυλίαις.
Ἐσαμλήθ' ἐν παντὶ πρὸς χροὶ εἴματα καλά
Κοσμηθεῖσα σφυρὸν δέρματ' ἀρίστῳ ἔδυ.
Τὴν πολυόλβον ἔφην, ὅτι ΔΩΡΟΘΕΗ περ' ἐπλείω
Ἡ ΑΛΒΡΕΧΤΙΝΗ τὸν ὄνομα καί τε μέγιστος.
Ἦν γὰρ τὸν ὄνοματ' ἴσον ἐμφασιν ἐξετάσαιο,
Μῶν ὄλβος τῶν ἑτέρων δῶρα θεοῖο φέρει;
Ἦν τε ἐπωνυμίην ἅμα γερμανικὴν τε γλῶσσαι,
Εἴσεαι ἀτρεκέως, Σὴν πολυόλβον ἔμην.
Τὴν γὰρ ἔμην δύναται Ζάπλυστος πῶποτε μάλλον
Τῆς σὺν ἑαυτῇ περ' πάντα κομιζομένης:
Τὴν γε σόφω, τοῖν ὅτι τοι ἔφθγγε Ζαφωνήν,
Παντὶ κομίζω ἔμα, πλῆσιος ἔσθην ἀγαν.
Ἡ καὶ φροσφῆ σὺν ἑαυτῇ πάντα κομίζει,
Ὅσ' ἀπὸ πατρὸς ἔχει ὅσ' ἀπὸ μητρὸς ἔχει.
Μηδ' ἐξαιρέμενα τὰ χεῖματα βέλεα ὦθε,
Εὖν πατρὶ μητέρ' ὁμῶς ἢ πολυόλβον ἔχει.
Ἀλλὰ δὴ ὅσα καὶ αὐτὴ ἔχει, τὸν περσφέρει αὐτῇ,
Τὴν τε θεοφροσύνην, πολλὰ πλοὴν ἢ ἀρετήν.
Αἰδῶ, ἀγνείαν, τότε κόσμιον, ἦθεα, κάλλος,
Ἄλλὰ τε ἢ πλείω ἀγλαὰ δῶρα χροός.
Ἐνταμεινομένης θησαυρὸς περσφέρει αὐτῇ,
Μηδὲ τῶ ἀδελφί, μόνῳ σοὶ ἀπορυσσομένης.

Ἐκ τε μεταλλείης αἰά τ' ἦν τὴν ὀρύξῃς
 Ναι δ' ἄν τὸν μάλλον πλάσιος ὤρον ἔσῃ.
 Τίς ποτε ἐν λέξῃ, ἀριδείκετε Νυμφίε, Νύμφην
 Σὴν μὴ ζάπλετον, μὴ πολυόλβον ἔμην:
 Ἄυτ' ἐγὼν ἤδη πλείω ἀεπάζομαι εἰπεῖν,
 Τοῖ συζητέμην πλείοσιν σοκ ἐθέλω.
 Καὶ γὰρ ἄλλίς μὲν δὴ τρίτοιο γέλωτος, ἐγὼν
 Κἄτα ἔπωσπεδῆ, ὅτ' ἵ κεν εἴπω ἔπος.
 ὄντως ΘΩΡΟΘΕΗΝ λάβες, ὅτ' ἵ θεόφρονα, ἀγνήν,
 Αἰδοίην, ἀγαθὴν ἔλλαβες, ἠδὲ καλήν.
 Κἄν τὸ ΘΩΡΟΘΕΗΝ ἔλαβες, καλὸ Νυμφίε, ὄντως
 Ως ἔλαβες, λήν ἐν φρεσὶ χαῖρε τῆς.
 Κἄγ' ὡ συχαίρων ταύτης σοὶ κῆρι δάμαρτος
 Φίλ' αἴτε συμπάντων ὦ φίλ' ἔμοιγε Φίλων,
 Ἐύχομαι, ὄφρα θελῇ θεὸς ὑμῖν ἅπαντα δίδου,
 Ἀἰσι, δ' ἴσ' ἄποσρεφέμηντων δὲ κλύδωνα κακῶν.
 Ἀγὰρ σέβιζε λέχη, κατὰ γηρασκῶν ἐνὶ αὐτοῖς
 Ἀγνή ζὺν Νύμφη, μηδ' ἀτύχημα παθῶν.
 Λύε δὲ τῆς ζώνην, ἰδὲ εἴματα σιγαλόεντα
 Ἐκδυε, θεός τε θεόν' ἀργυροθήλα ἔπι,
 Πολλὴν τε ἄσπεδον ἔχε ἐς τὴν ἔρωτος ἀμιλλαν
 Δεύκεος, ἐν τε χροῶν (σὺν θεῶ) ἴσ' ἵ πολύς.

Φιλαδελφῶ

Φιλαδέλφος

M. Ἡρνεσος Βαλσόρπιος,
 Σερβοεπιναλτῆνος.

Β 3

Ejusdem





Ejusdem

M. ERNESTI WULSTORPII S. A.

ANAGRAMMA.

Joachimus Flemingius.
Dorothea Albrechteniana.

Ἀναγραμματισθέντες,

Milus facio mihi genus:
Chare, hodiens? tenta, labora

ELABORATIO

per Ἀγαλογισμὸν

CUM SPONSO SPONSÆ.

E Sse *Milus*, propriovè Milo mons nomine
duplus

Scribitur in terris, India nigra, tuis.

Hic hominum, quàm homines, potius dicun-
tur ab ortu,

Aversis plantis, robora adesse suo:

Queis etiam digiti (nobis mirabile visu)

Quôq; quater bini sint vigeantq; pede.

Hunc



Hunc transposta tui signat quoq; litera montem
Nominis; in Te ergo, SPONSE, Mili instar erit?

Sic est, *Sponsa*: Mili virtute simillimus adsum;
Sum discors idem dissimilisq; *Milo*.

En! *hominum* Ipse MILUS FACIO MIHI *robora*,
Ritè quibus digiti sunt pede quòq; sui. (quini

Ipse MILUS FACIO, nec versis, *robora*, plantis,
Forte MIHI FACIO progenerando GENUS.

SPONSE, hæc sunt grandem Spirantia verba tu-
(morem,

Re si præstiteris, Vir mihi magnus eris.

Quando CHARE, HODIEN' facis? Ô TENTA atq; LA-
(BORA,

Facto, non verbis, res peragenda Tibi:

Non uno *hoc* peragenda *die* Tibi, nocte nec unâ,
Noctibus & multis ista diebus erit.

Ipse MILUS fueris, fuerisq; Milone vel ipso
Fortior: haud fortis tam citò victor eris.

Ipsa, DEI MUNUS, natum observare Maritum,
Conjugioq; unum sic domitare virum,

Opponens montem monti, *quemcunq;* tumorem
Hunc *fractura* animi sum, bone SPONSE, tui.

Quod si post menses *facias* Mili ipse novenos,
Forte Tibi, sobolem progenerando, *genus*;

Tunc

Tunc Ego SPONSA: *Mili* SPONSO magnum
instar in ipso!

Et factis cedet laus ea tota tuis.

Nec *Milus* huic, proprio vé Milo mons nomine
duplus,

Sed mihi FLEMINGUS postmodò *duplus* eris.



VII.

ALIUD.



Et si Vacuna venâ debili vetat
Me dulce quid vel cantitare serium,
Aut auribus proferre doctioribus
Dignum melos; me præsulis silentiû

Et si Angeronæ templa inire præcipit

Aperta Dux & Imperator unicus

Novensilûm, trigæq; gratiarum: Amor

Tamen silere noster intimus vetat,

Vetant FLEMINGII silere sedulæ

Preces, sibi queis nuptiale postulat

Carmen suiq; honoris ac faventiæ

Ergò. Quod haud negare Pitho suaserit,

Nec suaserit licet, negare quis queat.

Quapropter, hoc facturûs, in compendium

Rem conferam, atq; vota complectar modis

Permul-

Permulta paucis. Noctiluca dum Polum
Ornabit altum luce menstrua, solum
Sol promus atq; condus aurei diei
Dum purpurante vestiet sipario;
Dum squameum fluenta Neptuni ferent
Pecus: inter hoc par conjugale nil nisi
Pax atq; amor sincerus imperet, thorum
Non bilis aut lis inquietet ulla; sed
Dator satorq; jurgii hinc daemon procul
Faceffat; absint querqueræ curæ, DEI
Contra adsit alma largitas ac virgula

*Dn. Sponso Collegæ & amico
suo adscribebat Johannes Schröder
Scholæ & Ecclesiæ
Dessaviensis Cantor.*



Politoris literaturæ Viro Præstantis-
simo & egregiè docto

**Dn. JOACHIMO FLEMINGO, SCHOLÆ
DESSANÆ RECTORI, suo olim contuberna-
li jucundissimo & Amico ex optimis
optimo.**

SÆpè (recordor enim) pariter cum clara doceret
Leucoris, & facies cœli formosior ansam

C

Urbe



Urbe pedes efferre daret, vel adire propinqua
PRATA, vel Albis aquas lustrare, vel obsita Vallis
Mœnia circuitu jucundo absolvere: nugas
Inter et hæ quandoq; data, quâ cuiq; vel olim
Fortunâ, vel quo thalamo, quo munere, quâve
(Munere supremi Patris) foret urbe manendum.

En, cepere sibi fixosa Numine cursus
Fata quidem in paucis nostrum, persolvere nondum
Jussa sed in cunctis certâ aut deducere metâ,
Unus in optato jamdum nisi limine sistis
Care FLEMINGE pedes, votoq; potire supremo.

Nuper es (ut mentis dotes, nec non bona sicco
Corporis hic pede præteream) RECTORIS honestum
Dignus ad officium DESSÆ Promotus, honorem
Majorem Urbs eadem, & merito, superaddit, & annis
Florentem teneris, præstanti & corpore nympham,
Addo piam et multâ celebrem Virtute, maritat.
Ædepol ambires hanc quando, FLEMINGE puellam,
Tecum oculos habuisse tuos te judico, nullus
Errasti in forma, quoniam tu præco venustæ
Audisti semper formæ, procius atq; celebris.
Laudo, nec ad viduam Juvenis cubet integer ævi,

Confessus

Confessus tacitè, se non didicisse puellam
Unde alat, ampla deest cui copia dotis, in una
Spem ponens vetula, et defraudans fruge juventam;
(est etenim plenis pomaria carpere ramis
Dulcius, atq; rosam primo decerpere flore:)
Aut certè prodens, se sat didicisse, puellam
Unde aluisse quidem possit forisq; honestè,
Verum nil unquam solum curasse puella
Nomen pomposum, facile mutabile, fallax,
Nec spes in sola vanas voluisse puella
Ponere, sed fixa componere sede, frequenter
Ignaram frugis propria stolidamq; juventam:
Tutius est etenim certè se credere puppi,
Quam cæcum dubiumq; vagè considerare eymbæ.
Virginei est floris jactura levissima, sæpe
Spes mentita seges, procus est deceptus amando.
Perge age tu, et qua te ducit via dirige gressum
Cepta, Venus Vocat, & firmi juvenilibus anni
Lusibus, alternis vicibus (sententia jam stat)
Ponè secuturos constanter habebis amicos.
Pars meditamur idem jam nunc, & vota vovemus
Pars occulta, sacræ Veneris quoq; regna superbi

*Pars ridemus adhuc similes præcordia ferro.
Fata manent sua quemq̄, DEUS quæcunq̄, cui vis
Destinat àq̄, DEO data sunt sua tempora fati
Ultra quæ citraq̄, nefas tentare quid, ausq̄,
Omnia tentamus, si quæ tentamus inani.
Præ nobis igitur tua te quòd fata beatum
Efficiunt citiora, DEUS perfecit, ab illo
Sunt solo sua cuiq̄, etiam speranda, precamur
Quem meliora tuis semper velit addere, quondam
Respicere et vultu nostrum quemcunq̄, sereno.*

*In perpetuum & nunquam
intermorituræ amicitia
hactenus cultæ monu-
mentum*

posuit

*Gottfridus Erhardi
N. C.*



XI. Suo



IX.

S u o

Dn. JOACHIMO FLEMINGO,
Amico & fratri antiquo.



I, diuturna bonum dat consultatio fa-
ctum.

(Ut dicunt) tædas has fore, spero, bo-
nas.

Quippe Flemingæ sacrum tot jam minitatus es
annos

Connubium, librans pondere quæq; suo.

Laudo, nec incautè fas est irrumperè, res est

Ardua connubium, quod semel, esto ratum.

Libera quarumvis est permutatio rerum,

Non itidem uxorum, vel licet ipse velis.

Quem quis equum coemit, licitum, cum tædet,
eundem

Vendere, vel quovis dissociare modo.

Quam semel adsciscis stabili tibi fœdere nuptam,

Non, nisi morte, tuo solvitur illa toro.

Hæc igitur faciat quem non arctissima cautum

Copula? quis præceptis tam grave ceptet o-
pus?

C 3

Con-

Consultis meliora tuis, majora petitis
Faxit is, à quo sunt omnia fausta feras!

Adiiciebat

Lucas von Berge.



ALIUD.

X.



Xorere, exorere ô tandem, cæloq; sereno
Suggere grata novis ocia, Phæbe, toris
Tuq; age diva Venus tenerorum mater
amorum,

Omine ades læto, & præfer amæna
faces.

Tecum Amor atq; jocus teneras concordia
mentes

Consocians veniat, Pax simul atq; Fides.
Este procul durum curæ genus: este protervæ
Rixæ solventes fædera conjugij.

Namq; Deus thalami socialis fautor & autor
Approbat, ut sanctum, connubiale ju-
gum:

Appro-

Approbat ut gratum sibi: qui vult crescere gentes
Non aliter, liciti quam ratione tori.

Quiq; placere cupis Domino, vitamq; tueri
Civilem exoptas, sacra marita cole.

Qui contra rapitur: monstrum ille informe pu-
tatur,

Atq; refert hominem corpore, mente feram.
Ergo quod Altithroni nunc connubialia ductu
Jura petis, veneris subdola quodq; fugis
Retia: nã prudenter agis: quia nubere præstat,
Quàm dubio flammâs pascere corde vagas.

Ac Sponsæ pietas, morum & generosa venustas
Atq; pudor, veneris dissona sacra fugant.


Et nunc Sponse, tibi quia talis ducitur uxor,
Legitimi causam semper amoris habes.

Mutuus adsit amor: cingat concordia lectum:
Sit sine lite domus: nec sine prole torus.

F.

Abrahamus Cremerus Junior,
silesius.

XI. Præ-



XI.

ALIUD.

Rægnans, Fleminge, causa debet maxi-
Juvenem movere quemlibet, (mè
Uxorem ut hoc potissimū rerum statu
Quærat sibi suavissimam:
Bellum puta, quod excitat passim (dolor!)
Erinnyos sævus furor,
Ut sic in his habeat periculis bonam
Sociam atq; fidam perpetim,
Cui conqueratur atq; credat omnia
Secreta cordis anxii;
Simulq; gignat liberos quamplurimos,
Summo volente Numine,
Qui militum bello vices acerrimo
Demortuorum suppleant.
Hoc credo certè cogitâsse te probè
Fleminge Musarum decus:
Dum virginem jungis tibi pulcerrimam
Hoc turbulento tempore,
Cum qua tenellos procrees puellulos
Puellulasq; plurimas,
Cui susurres anxii cordis tui
Secreta in aurem singula.

Ut

Ut sit: Pueros & puellas tu petas
Plures tibi venustulos.
Tibi ve secretariam fidissimam
Mentis tuæ vis intimæ:
Grator tuæ mentem maritæ providam,
Tibiq; curam sedulam,
Vos admonens, ut colligati suaviter
Hederâ arctius sitis diu,
Ne quod malum, ne quod duellum segre-
Mentes tenaci vinculo (get
Nexas: precor lōgissimum vobis quidem
Bellum, duellum sed puto
Quod cædis expers omnis atq; sanguinis
Ac fit remotis arbitris.
*Hæc opto Jova maximus faxit rata,
Et te tuamq; prosperet!*

In honorem præstantis.
Nconymforum

Votivam hanc tabulam
nuptialem suspendebat

CHRISTOPHORUS FOVVINCKEL
S. S. Theol. Stud.

D

Allusio



XII.

Allusio

In nomen Sponse:

DOROTHEÆ.

Δίντοσι πάντα Θεῶν δῶρων πλέα ἀξιεράτων;
Δῶρον γὰρ κόσμος, κ' μικρόκοσμος ἔην,
Δῶρον, ἀπειρος ὄλυμπος, ἀφ' ἑσφαιτος ἠδὲ θαλάσσης,
Δῶρον, ἔχειν πῖσόν γείτονα ἠδὲ φίλον;
Δωλινῶν δῶρον καὶ κτήμα μέγιστον ἀκοίης
Ἐπλεῖθ', εὐσεεῖη σώφροσύνη τε κλυτή,
Ἐνδόμυχος, Φιλόμοχθος, ἔξ τε Φιλεῦσαι τοκήας,
Ἄγνη, σῶμα καλή, ἢ χαρῆοςτα δέμας,
Οὔτε πείθεσμος, ἐκ θυμῷ σέργασα σύνευνον,
Τὰς χεῖρας καθαρὴν κ' καθαρὴν τε φρένας.
Δωλινῶν δῶρον, μέγα χαιρε, λαχῶν ἐρατεινόν,
Δῶρον ἐπαρτανίς ἠδὲ θοοῖο γέρας,
Νυμφίε χαιρε λαχῶν καθαρὴν κ' παρθένον αἴγην,
Τὴν ἐσθλὴν τε καλὴν εὐσεεῖη τε κλυτήν,
Ἥσυχον, ἐνδόμυχόν τε σε κηρέφω ἀμφαγαπῶσαν,
Εὐπατερεινὴν κ' σώφρονα Δωροθήην.
Καὶ σὺ ὦ εὐδαίμων Νύμφη, χαιρε μάκαιρα,
Ἀγλαότιμον κ' Φῶτα λαχῶσα σοφόν,
Ἡπιόθυμος αἴης διδαχῆς πληρέμυτος ἑσσι,
Χρηστοεθής, ἐσθλὸς, ταῖς δρεταῖσι κλυτός,
Δωροθήη μάλα χαιρε λαχῶσ' ἐρικυδέα Φῶτα,
Σοὶ θεὸς ὄν μισθὸν τεύξατο παρθενίης.
Χαίρετε ἀμφότεροι μέγα χαιρετε, ὦ Νεόνυμφοι
Εὐτυχέως τε καλῶς πεῆγμα φέροισιτο παρῶν,

ΜΕΛ.



Μέλπυσ' ὄρνιθες θαλαμὸν ἢ μείλιχον ἄσμα
Αὐδάσιν Φοῖβος περὶ δῶν τε χορῆς.
Χαίρειν δὲ μετὰ χαίρωντων. Οὐν δεπηγάμοισι,
Ἴμμιν συγχαίρω, ῥήματα παρθένου:
Δεῦρ' ἐν χεῖρὲς πατρὸς ἀποδώσεις χαρματα γαμβροῖς,
Ὅφρ' ἐν ἰοῖς ζῶσιν τὸν βίον ἐν τε ῥόδοις,
Χρυσία εἰρήνη ἢ ὁμοφροσύνη παρέσοιτο,
Ὅπως ὑμῖν αἰεὶ εἶαρ αἰεὶ τε γάνος.

Amoris ergo f.

Felix Haustedius.

S. S. Theolog. Studiosus.



Alia Allusio.

In

Nomen SPONSÆ.

Ad Dn. SPONSUM.



On illa nobis prisca potentia,
Querela mundi est, cum senio soli
Natura rerum ceu labascit,
Sic animi quoq; vis fenescit.

D 2

In te

In te novare est visa potentiam
Natura priscam; nam tibi germine
Vernat juvena florulento,
Et tibi fronte Venus renidet.

Te candidatum Cypridos aureæ,
Te portionem pieridum chori
Non infimam, Minerva, Suada
Dotibus omnigenis bearunt.

Te digna spartæ vexit ad atria
Virtus sub annis hinc juvenalibus,
Ætate sub maturiori
Pluria quæ tibi Fors negarit?

Verùm ingemiscis: quæ sine conjugè est
Invita vita est, nec sapiunt mihi
Potusq; soli & esca, vixè
Triste venit solidâ absq; amicâ.

Mox, ô lapillo digna notarier
Lux illa, semet confociam tori
Vitæq; agundæ tî dicavit
Donum adamabile, DOROTHÆA.

Sic

Sic dona donis augificat Deus,
Felicittatis quin mihi filius
Dici mereris & mereris
Quin Theodorus in orbe dici.

In faustitate vivite conjuges
Vitani novelli, vivite sospites,
Et consenete sospitate
Ac pietate pares & annis.

Præsit valetudo Dea cælica
Morbosq; contra ductitet agmina
Sexcenta Divûm, vosq; resq;
Contuitura per æva vestras.

*Properâ venâ
sanctidem.*

D 3

Sponsis



XIII.

Sponsis lectis.

JOACHIMO FLEMINGO

Scholæ Dessaviensis

Rectori:

Et

DOROTHEÆ ALBRECHTEN

virgini floren-
tissimæ.

Sermone vulgi trita parcemia
Jactat: *Furentis credere amet vagus*
Se Tethyos campo patienti
Erro, vel in thalami jugalis
Furare leges irrevocabiles
Discat, sacratâ qui prece nescius
Mercari: Et adsuescet vocare
Ocyus in sua fata voto

Cælos

Cælos tenaci. Pieriâ logon
Lauru atq; Cedro dignū, oculus gerens
In fronte quem non ullus aufit
Veri inopem reputare Scriptor!
Tantum malorum se exferit undiq;
Tantum pericli! Mitto pericula
Credientium vitam profundo:
Qui sibi commemorare sumet
Connubiorum tædia, quæ novis
Discors maritis Tisiphone parat,
Faces olympi idem, saliq;
Monstra sibi numerare sumet.
Tibi quid ergò nunc animi putem,
SPONSE, ô Camenæ dulce decus meæ,
Decus Minervæ, gnave cultor
Pindarici, IOACHIME, plectri,
Dum tî virissæ blandidicæ sacrum
Sacras amorem, corditrahæ fidem
Dum turturillæ tî perennem
Deffavij stipulare ad aras?
Quin & tibi quid nunc animi putem,
SPONSA, ô paterni dulce decus laris,
Decus

P 10



Decus virarum, quas Dione, &
Mulsobibæ Charites venustant,

Dum turturilli blandiloqui tui
Dum turturilli corditrahî tui
Tî perpetem fidem ac calorem
Dessavii stipulâre ad aras?

Nec quàm retortis alea vertebris
Luscæ Tyrannæ giret amâsios
Novos, AMASII NOVELLI,
Judicii modulîs putatis?

Nec conjugalis tædia volvitis
Festina lecti? Sed bene habet; neq;
In Conjugum parvirulentæ
Quod libet omne licet Megæræ:

Nec nulla votis pondera erunt piè
Subinde fufis. Turba jugalibus
Dicata sacris in maritos
Eumenidum cohibet furores,

Quam fulguranti ducere curiâ
Devota possunt vota. Precaberis
Ergò, impetrabis hanc cohortem,
SPONSULE, SPONSULA
conjugandi.

Pro

Pro te Parentem namq; vicario
Christus precatu sollicitat suum:
Pro te precantur Nuptiales,
Quos sequor ipse calente voto:

Sit auspicato, sit benè Sponsulo,
Sit & beatè nec malè Sponsulæ:
Pax accubet semper beatum
Aureola ante torum: supremus

Hæc fata sponso sospitet Arbiter
Mundi novello: sospitet & vice
Versâ novellæ Sponsæ, eosdem
Omnigenâ bonitate maçtans.

*Gustrovio Megapolensium
mittebat*

Janus Cremerus Silesius
SS. Theol. Stud.

E

AD



XIV.

AD

S U U M

JOACHIMUM FLEMINGIUM,
Scholæ Dessanæ Rectorem.

INterea tragico dùm sævit acinace miles
In multos, rubro & sanguine fœdat humum:
En Dessana lates Tu post Carecta, Flemingi,
Et rides dubium Martis atrocis opus:
Nec satis hoc: magno quoq; magnus honore triumphas,
Nam tibi Amatori bella puella datur;
Cujus labra rofas spirant, violasq; capilli,
Cinnameum spirant candida colla nemus.
Maçte hâc, maçte tuâ, Fato est adducta, puellâ,
Labra rubris labris ipsius adde tua.
Dulcia da pressim, lactantibus humida linguis,
Bafia, per longas continuata moras.
Militis inde feres nomen laudesq; animosi,
Ponis si egregium MARTIS & ARTIS opus.

Approperabat

Honoris & Amoris
gratiâ

BALTHASAR KISEVVET-
T E R U S,
Junior.

AD

E

XV.
ALIU D.

Πολλὰς ἠδὲ Φυσίζους ἀνθρώπων τρέφει αἶα,
Τῆς δὲ ἀπτηρίσιοι μάλις ἐρήθης ἐτάφης,
Οἱ Φας, ἀπμήσιν ἰάλλοντας γάμον, αὐτὸς
Ἦρα Φέρειν θεῶ, ἀγγελίης δὲ αὐτοῖο ἀπυτοῖ
Εἰσι, πρῶτο γένος ὅτ' ἐφείδρος τὰ δὲ εἶρει.
Ἄγλαα ἐξ ὑμῶν προφώσδ' ἐρχοία τὸ τέκνα.
Νυμφίω ἀλλὰ παρῆντι θεός τὰ δὲ τῆν ἀνάπυα,
Ἐδλὴν ἐκ τῆς ἀναβήσεως φάτιν αὐτῶ,
Ἰμερθέντα ἐπεὶ μετελεύσει ἔργα γάμοιο.
Τρεῖς μάκαρ ἐν τετρακίς, καὶ τῆς ὅτι ἐκλυέσ, ἐσσι,
Τὸ θεῶ ἀγγελίης, μάλα δὲ ἄλβια πάντα ἐκείνη.
Λήψη ὄρεξαιμύοιο; δόμον ῥέυναιεταοντα,
Πολλὰ καὶ ἔδλα κεχανδότη, ὁμοφροσύνην τε καὶ ἔδλην,
Οὐ μὲν γὰρ τὸ κάλλιον, ἢ ὅτ' αἰήε τε γυνή τε
Ἀἰὲν ὁμοφρονεόντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον,
Δηναίον τε βιόν καὶ σὺκ δ' ἰποφώλιον εὐνήν.

F.

Joachimus Resius,
Jesnizensis Anhaltinus.

XV. Ali-



XVI.
ALIUD.

DUm mihi musa dedit fundendi Carmina vi-
Exiguas, frater Consule pauca boni. (res
Nubite felices, vestris fortuna malignum
Opponat votis nec male-sana pedem.
Conjunctos rerum nec edax extinguat amores
Tempus, at ardentem quolibet hora vovet.
Cernite honoratâ sobolem statione locatam,
Et saturi vitæ in pace migrate. Sat est.

In honorem germani
Subjiciebat

ANDREAS FLEMINGUS
Seruestâ-Anhald.
Junior.

FINIS.

Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14


24 VD 17

10. Aug.
Jul. 01

M







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

MI FLE-
G I,
AE AL-
E N,
ni.
U S
ALE,
nôq;
INORUM XXX
H, honoratâ
blice ictum
RIS DOCTIS-
cis testifica-
natum.
Æ
DORFFERO.